Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8132
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

quid re non possit / Magno namque est-
tua magnificentia, discrimine - a communi
hominum vulgo sequestranda Hii quidem
admodum dura. et queque cruda, ymo
dira incocta. Tu vero nisi electa, et
delicata: et quorum cepisti optima consue:
tudine - tollerare potes. Nescio, quid tandem
sibi velit assidua, aque solius porio. Causa
ob quam tibi henricus suasit - lithiasim sive
nefresim esse. id est, renum, ex calculo et
arena passionem - haha. quam futile, inva-
lidumque et rationis expers argumentum
dum preter consuetudinem. Jam temptat
tua magnificentia, prorsus mutare nativa.
et subtilis texture - maximeque sensus stomachi
aque porione insueto - ledere admodum.
digestionemque eius aut Incrudad - partimque
in eo efficere diminutam / Nam ipse stomachus,
cum sit in homine primus coquus - et epatis
preparator - ab eo, qualiter preparabat - Jecur
acceptat / Quod si male proquit - viscosa et
male cocta - per aquam inundata. eadem
in sanguinem - dum transmutare nequit - ad
venam chilum: et ab eadem, per duas emulgentes
ad renem utrumque: urinali mixta aquositati